

Quia verò in unoquoq; textu multa sunt que ob temporis angustiam tractari non possunt omnia simul, aliis omissis præcipua tractentur.

Eodem modo reliqua Concionis partes tractentur.

Conclusio constet; 1, Repetitione partium, quod fiat breuiter: 2, Adhortatione, quæ stimulum relinquat in animis auditorum: 3, Consolacione, &c.

Hæc de generali tractatione textus alicuius, eiusque modo, satis; specialia ita breuiter tractare non possunt.



TRACTATVS
DE INTERPRETATIONE
ECCLESIASTICA,
D. GEORGII SOHNII.

ECCLÉSIASTICVM genus interpretationis est, quod in templo ad populum prudenter & ornatè tractatur, ad mouendos & flectendos auditorum animos comparatum. Ergo omnium ordinum homines, & omnis generis auditores, literatos & illiteratos, senes & iuuenes, mares & foeminas admittit; imò aduocat in minister verbi, seu ecclesiastes, seu cōcionator, pro loci, h.e. pagi vel ciuitatis, in qua cōstitutus est, conditione. Scripturam his exponet prudenter & ornatè: ad quā rem præcepta Rhetorum nō nihil adiumenti afferunt. Etsi .n. dicendi facultas est Dei donū in cōcionatore, tamē iudicio & consilio constat, nec aspernatur sobriam industrijam.